praesenti satisfacere omneque iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos 873
successores ad eadem omnia obligat Eundem terminum primum peremptorium
et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper perempto-
rios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel
extra Regnum servicio militari ad munimenta ad Exercitum vel aliis quibus-
vis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem
ultra proximos terminos officii praefati dilationem sibi non recipiendo Nullasque
protestationes motiones earumque prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia
poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris prae-
scriptione terrestri bello conventione aliisque omnibus iuris remediis et defen-
sis non subterfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Idem G. Roguski Regenti Cancellariae Castren Praemislien Debet.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemislien. Generosus Petrus Hermanowski de Grochowce sanus mente et corpore existens a Terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competen. recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Generoso Stanislao Roguski Regenti Cancellariae Castren. Praemislien. eiusque posteris summam Trecentorum florenorum polon. quemlibet florenum grossis triginta polon. computando et numerando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatique apud ipsum per se recognoscentem pecunia tenetur atque debet Quam quidem summam suprascriptam Trecentorum florenorum polon. idem recognoscens Generosus Hermanowski se suosque successores super bonis suis quibusvis omnibus haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus summisque pecuniariis quibuscunque habitis et habendis praefato Generoso Roguski eiusque posteris inscribit et obligat praesens hinc et ab actu praesenti pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli

proxime venturo parata pecunia daturum solutum numeratum et
874 coram Officio Actisq praesenti Castren Capitaneal Premislien realiter et de facto re-
positurum et relicturum repositamq et relictam summam eandem versus ab
eodem Officio non effide iussurum nec arrestaturum vel quovis alio modo solu-
tionem eiusdem summae prospediturum Idq sub vadio similis summae
suprascriptae Trecentorum florenorum polon per eundem recognoscentem Generosum
Hermanowski Sive eius Successores suprascripto Generoso Rogaski Creditori
Suo eiusq posteris ob non solutionem summae suprascriptae pro tempore et loco
Supra expresso ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo prae-
misso ad solvendum succubito ac pro aliqua principali re ex praemissis non so-
luta solvenda citatus existens memoratus recognoscens Generosus Petrus Herma-
nowski aut eius successores ad instantiam suprascripti Generosi Stanislai
Rogaski Regentis Cancellariae Castren Premislien Creditoris sui sive eius po-
sterorum ad officium praesens Castren Capitaneale Premislien Extunc recepto supra-
scripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino
tanquam peremptorio stare in iure parere respondere vadiumque praefatum luere inscripti-
oni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos suc-
cessores ad eadem omnia inscribit et obligat. Illum terminum primum perem-
ptorium et alios omnes exinde consequentes causa eius eundem terminos semper
peremptorios Rerum infirmitate pro maior minorennitate successorum legatione
intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum vel
vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo a di-
iudicationem ultra proximos terminos officii praefati Castren Capitaneal Premislien
dilationem sibi non recipiendo Nullasq motiones appellationes pro-
testationes ac earum prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia
generis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis iu-
ris praescriptione Terrestri bello Convocationeq Tum et aliis quibusvis iuris
remediis et facti defensis non subterfugiendo nec modo quovis eva-
dendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia
mediante.